ad Evictionem, vel aliis quibusvis Dillationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeter eas ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutionem faciendo, ac praemissa omnia Pariisque amplificibus vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Mokrzecki nomine eiusdem Magnifici Branicki Scriptum in rem eorumque Jatowickich & alior[um] roborat[um]

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Christophorus Mokrzecki Pincerna Bielscensis Notarius Castrensis Branscensis Illustris et Magnifici Joannis Clementis in Ruscza Branicki Marschalci Curiae Regni Branscensis, Strobnicensis, Bielscensis, Ratnensis Capitanei plenipotens, sanus mente et corpore existens a Terreni, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique huic Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per ex-

presſum recognovit, Quia ipse eiusdem Illustris et Magnifici Ioannis Clementis a Roscza Branicki Marschalci Curiae Regni nomine pro cuiusvis habitione cavet et se praesentibus inscribit, eundem Illustrem et Magnificum Curiae Regni Marschalcum et ipsius Succesſores in et super Bonis eius generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibuscunque habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Scriptum certum manuale per praedictum Illustrem et Magnificum Curiae Regni Marschalcum inter et Personam Generosorum Nicolai et Stephani Ielowickich, Catharinae Generosi Ioannis Moliszij Depalio, Subiudicis Cremenecensis, Mariannae Generosi Christophori Maritzyn Consortium, Ioannae Suprascripti Generosi Nicolai Ielowicki Sororis germanae minorennis, Generosae olim Reginae Ielowicka, Filiae quondam Generosi Stanislai Ostrowski, et olim Generosi Andreae Ielowicki Consortis Filiorum et Filiarum Succesſorumque Legitimorum ratione evitationis rerum et conditionem in eodem Scripto manuali contentarum de Actu et Data illic in Curia Siedliscensi Die Trigesima Iunii Anno praesenti confectum, conscriptum, datum manuque illius propria subscriptum in omnibus et singulis Scripti eiusdem manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vinculis, Ligamentis et nexibus generaliter Universis iisdem Suprascriptis Generosis Ielowickim eorumque Posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis, tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum Manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad Scriptum praedictum manuale in toto vicissim referendo, Idque sub vadio Summae Viginti Novem Millium, Quadringentorum Octo florenorum et

et Grossorum Decem Polonicalium per eundem Illustrem et Magnificum Curiæ Regni Marschalcum sive eius Successores prædictis Generosis Jetowichim aut eorum Posteris, ob non completionem contentorum scripti præfati manualis omnium et singulorum tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Ad Intromittendum idem suprascriptus Recognoscens Generosus Christophorus Molerzecki Pincerna Bielscensis Notarius Castrensis Branscensis debebit et tenebitur, prout se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniariis quibuscunque habitis et habendis supranominatis Generosis Jetowichim aut eorum Posteris inscribit et obligat præsentibus, supradictum Illustrem et Magnificum Joannem Clementem a Ruscza Branscki Marschalcum Curiæ Regni, vel in eventum Mortis Successores illius, ad approbandam per ipsum Inscriptionem præsentem Roboratoriam, aut similem aliam suo pro interesse faciendam ad Acta quævis Authentica Regni vim et robur perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum adducere et personaliter statuere, abeoque vel in eventu mortis Successoribus illius et præmissa debite exequenda efficere: Idque sub vadio summæ suprascriptæ simili aliorum videlicet Viginti Novem Millium Quadringentorum Octo Florenorum et Grossorum decem Polonicalium, per eundem suprascriptum Recognoscentem Generosum Christophorum Molerzecki Pincernam Bielscensem, Notarium Castrensem Branscensem sive eius Posteros, præfatis Generosis Jetowichim, sive eorum Successoribus ob non statutionem suprascripti Illustris et Magnifici Curiæ Regni Marschalci statuendi, vel in eventu Mortis Successorum illius ad exequenda præmissa.

pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo
Pro quo quidem Vadio vel Vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis scripti praefati manualis non completa complenda suprascriptoque Illustri et Magnifico Curiae Regni Marschalco non statuto statuendo, Citati existentes suprascripti et quidem Illustris et Magnificus Marschalcus Curiae Curiae Regni aut eius Posteri ob non completionem contentorum Scripti praefati manualis. Generosus vero Mokrzecki Pincerna Bielscensis ob non statutionem suprafati Illustris et Magnifici Curiae Regni Marschalci Statuendi, ad instantiam suprascriptorum Generosorum Nicolai et Stephani Jelowickich aliarumque personarum superius recensitarum, aut illarum Successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium vel Vadia praefata Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt, et tenebuntur, seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, causae eiusque Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitates Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimentas ad Exercitum vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis,

Evasionibus Suspensionibus, Lataßis Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventione que, ac alis omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante

Kulczycka Brosniewskie Cedit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Marusia Horodyska, olim Nobilis Iwan Horodyski Abramowicz Ilia, primarum olim Nobilis Fedor Bereznicki Hamorenkiewicz ad praesens vero secundarum nuptiarum Nobilis Matthiei Kulczycki Hawicz Consors legitima, sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attrahet se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam, Libere, publice, ac per expressum recognovit, Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, de omni et integro Iure suo nempe de Summa Centum Florenorum Polonicalium, sibi Recognoscenti per suprascriptum Maritum suum bis vicibus primo Feria Tertia post Dominicam Invocavit Quadragesimalem proxima; Secundo Feria Quinta ipso Die Festi Sancti Lucae Evangelistae in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio per medium videlicet per Quinquaginta Floren. Polon. Actis Officii praesen. in vim dotis et expeditionis suj tum et alia simili Summa Centum Florenorum Polonicalium modo quo supra in vim dotalitii inscriptae et super

166